UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria. iiij. Statio ad s[anctu]m marcellu[m]. Jntroit[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

ipſe in palã eſſe. Si hec facis
manifeſta teipſum mũdo. Ne
q̃z enim frẽs ei⁹ credebant in
eũ. Dicit ergo eis ieſus. Tem
pus meũ nõdũ aduenit: tẽp⁹
aũt veſtrũ ſemper eſt paratũ.
Non põt mũdus odiſſe vos:
me ãt odit: q2 ego teſtimoniũ
perhibeo de illo: q2 opera illi
us mala ſũt. Vos aſcẽdite ad
diẽ feſtũ hũc: ego aũt nõ aſcẽ
dã ad diẽ feſtũ iſtũ: q2 tempus
meũ nondũ impletũ eſt. Hec
cũ dixiſſet: ipſe mãſit in gali
lea. Ut aũt aſcẽderũt frẽs ei⁹
tũc ⁊ ipſe aſcẽdit ad diẽ feſtuȝ
nõ manifeſte: ſed quaſi in oc
culto. Iudei ergo querebant
eũ in die feſto: ⁊ dicebãt. Ubi
eſt ille? Et murmur multus
erat de eo in turba. Quidam
enim dicebãt: q2 bon⁹ eſt. Alij
aũt dicebãt nõ: ſed ſeducit tur
bas. Nemo tñ palã loq̃bat̃ d̕
illo ꝓpt̃ metũ iudeoꝝ. Offer.
Sperẽt in te oẽs q̄ nouerũt no
mẽ tuũ dñe: quoniã nõ derelin
quis q̃rẽtes te: pſallite dño q̄ ha
bitat in ſyon: quoniã nõ eſt obli
tus orõnẽ pauperꝝ. Sec.
Hoſtias tibi dñe deferi
mus imolãdas: q̃ tpalẽ ꝯſola
tionẽ ſignificẽt: vt ꝓmiſſa cer
tius non deſperemus eterna.
Cõio. Redime me de⁹ iſrael ex
oib⁹ anguſtijs meis. Poſtcom.

DA q̃s oĩps de⁹: vt q̄ diui
na ſũt iugiter exeq̃ntes
donis mereant̃ celeſtib⁹ pro
pinquare. Per. Super po
pulũ Oratio
DA nobis q̃s dñe pſeuerantem in
tua voluntate famulatũ: vt in
diebus noſtris: ⁊ merito ⁊ nu
mero popul⁹ tibi ſeruiẽs au
geatur. Per. Feria .iiij. Sta
tio ad ſcm̃ marcellũ. Introit⁹

LIberator me⁹ de gẽ
tibus iracũdis ab in
ſurgentibus in me
exaltabis me: a viro
iniquo eripies me dñe. Ps. Dili
gaȝ te dñe fortitudo mea: dñs fir
mamentũ meũ ⁊ refugiũ meum
⁊ liberator me⁹. Oratio.
SAnctificato hoc ieiunio
de⁹ tuoꝝ corda fideliũ miſe
rator illuſtra: ⁊ q̄bus deuoti
onis preſtas affectũ: p̄be ſup
plicantibus piũ benign⁹ au
ditum. Per. Lectio libri leui
tici .xix. capl̃o
IN dieb⁹ illis: Locutus eſt domi
nus ad moyſen dicẽs: Loq̃re
ad vniuerſum cetum filioꝝ uȝ
iſrael. Et dices ad eos: Ego
dñs de⁹ veſter. Non facietis
furtũ. Non mentiemini: nec
decipiat vnuſquiſq̃ꝫ ꝓximum
ſuũ. Nõ piurabis in nomine
meo: nec pollues nomen dei
tui. Ego dñs. Non facies ca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lũniaȝ ꝓximo tuo:nec vi op/
primes eũ. Nõ morabit̃ opus
mercennarij tui apud te vſqꝫ
mane. Nõ maledices ſurdo:
nec corã ceco pones offendi/
culũ: ſed timebis dñm deum
tuũ.qꝛ ego ſum dñs. Non fa/
cies qđ iniquũ eſt:nec iniuſte
iudicabis. Nõ cõſideres ꝑſo/
nam pauperis: nec honores
vultũ potẽtis. Juſte iudica ꝓ/
ximo tuo. Nõ eris crimiator:
nec ſuſurro in populis. Non
ſtabis cõtra ſanguineȝ ꝓximi
tui. Ego dñs. Nõ oderis frẽȝ
tuuȝ in corde tuo:ſed publice
argue eũ: ne habeas ſup illo
peccatũ. Nõ queres vltionẽ:
nec memor eris iniurie ciuiũ
tuoꝝ. Diliges amicũ tuũ ſicut
teipſum. Ego dominꝰ. Leges
meas cuſtodite. Ego eniȝ ſuȝ
dñs deus veſter. Grad. Exalta
bo te domine: quoniaȝ ſuſcepiſti
me: nec delectaſti inimicos me/
os ſuper me. ℣. Dñe deꝰ meus
clamaui ad te: ꝛ ſanaſti me: dñe
abſtraxiſti ab inferis aĩam meam
ſaluaſti me a deſcendentibus in
lacum. Scdm̃ ioannem.x.ca.
IN illo tẽpore: Facta ſũt
encenia i hieroſolymis
ꝛ hyems erat. Et ambulabat
ieſus in tẽplo in porticu ſalo/
monis. Circũdederunt ergo
eũ iudei:ꝛ dicebant ei: Quo/
vſqꝫ animã noſtraȝ tollis? Si
tu es xp̃s dic nobis palã. Re/
ſpondit eis ieſus: Loquor vo
bis ꝛ nõ creditis. Opera que
ego facio i noĩe p̃ris mei: hec
teſtimoniũ ꝑhibẽt de me. Sȝ
vos nõ creditis: qꝛ nõ eſtis ex
ouibus meis. Oues mee vo/
cem meã audiũt:ꝛ ego cogno
ſco eas:ꝛ ſequũt̃ me: ꝛ ego vi
taȝ eternã do eis:ꝛ nõ peribũt
in eternũ:ꝛ nõ rapiet eas qſqꝫ
de manu mea. Pater meꝰ qđ
dedit mihi maius oĩbus eſt:ꝛ
nemo põt rapere de manu pa
tris mei. Ego ꝛ pater vnũ ſu/
mus. Suſtulerunt ergo lapi/
deſ iudei: vt lapidarẽt eũ. Re
ſpõdit eis ieſus: Multa bona
opera oſtendi vobis ex patre
meo: ꝓpter qđ eoꝝ opus me
lapidatis? Rñderũt ei iudei:
De bono opere nõ lapidamꝰ
te:ſed de blaſphemia: ꝛ qꝛ tu
homo cũ ſis:facis teipſũ deũ.
Rñdit eis ieſus. Nonne ſcri/
ptuȝ eſt in lege veſtra: qꝛ ego
dixi: dij eſtis? Et ſi illos dixit
deos: ad quos ſermo dei fa/
ctus eſt:ꝛ nõ poteſt ſolui ſcri/
ptura: quẽ pater ſanctificauit
ꝛ miſit in mũdũ: vos dicitis:
qꝛ blaſphemas: qꝛ dixi: filius
dei ſum. Si nõ facio opa p̃ris
mei: nolite credere mihi. Si
autẽ facio:ꝛ ſi mihi nõ vultis

credere: operibus credite: vt cognoſcatis ⁊ credatis: qꝛ in me eſt pater: et ego in patre. **Offerto.** Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab inſurgentibus in me: libera me domine.

A ‍Nnue miſeri **Secreta.** cors deꝰ: vt hoſtias placatõis ⁊ laudis ſincero tibi deferamꝰ obſequio. **Cõio.** Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circuibo altare tuũ dñe vt audiã vocem laudis tue: ⁊ enarrẽ vniuerſa mirabilia tua. **Poſtcõio.**

C Eleſti dñe bñdictione ꝑcepta ſupplices te deus oĩps deprecamur: vt hoc idem nobis ⁊ ſacri cauſa ſit ⁊ ſalutis. Per. **Sup ppſm Oratio.**

A Deſto ſupplicationibꝰ nr̃is oĩps deꝰ: ⁊ qbus fiduciã ſperãde pietatis indulges: cõſuete miſericordie tribue benignus effectum. Per.

Feria .v. Statio ad ſanctum apollinarẽ. Intro.

OMnia que feciſti nobis dñe in vero iudicio feciſti: qꝛ peccauimus tibi: ⁊ mãdatis tuis nõ obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo: ⁊ fac nobiſcum ſm multitudinẽ miſericordie tue. **ps.** Beati imaculati in via: qui ambulãt in lege dñi.

P Reſta **Oĩo.** qs oĩps deꝰ: vt dignitas cõditionis humane ꝑ imoderãtiam ſauciata medicinalis parſimõie ſtudio reformet. P.

Lctõ danielis ꝓphe. iij. caplõ

I N diebus illis: Orauit daniel dñm dicẽs: Dñe deus: ne deſpicias ppłm tuum ꝓpter nomẽ tuũ: ⁊ ne diſſipes teſtm̃ tuũ: neqꝫ auferas miſericordiã tuã a nobis: propter abraã dilectũ tuũ: ⁊ yſaac ſeruum tuũ: ⁊ iſrael ſanctũ tuum: qbus locutus es: pollicens ꝗ multiplicares ſemen eorũ: ſicut ſtellas celi: ⁊ ſicut harenã que eſt in littore maris. Quia dñe iminuti ſumꝰ pluſqꝫ oẽs gentes: ſumuſqꝫ humiles in vniuerſa terra hodie propter pctã nr̃a. Et nõ eſt in tpe hoc pꝛiceps ⁊ ꝓpheta ⁊ dux: neqꝫ holocauſtũ: neqꝫ ſacrificium neqꝫ oblatio: neqꝫ icẽſũ: neqꝫ locus primitiarũ coram te: vt poſſimus inuenire miſericordiã tuã: ſed in aĩa ꝯtrita ⁊ ſpũ humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietũ ⁊ taurorum: ⁊ ſicut in milibꝰ agnorũ pinguiũ: ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in cõſpectu tuo hodie: vt placeat tibi: qm̃ nõ eſt cõfuſio ꝯfidentibꝰ in te. Et nũc ſequimur te in toto corde: et timemus te: ⁊ querimus faciẽ tuã. Ne confundas nos: ſꝫ fac no‑

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN